



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Lib. XI. Lupus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

# JOANNIS PIERII VALERIANI HIEROGLYPHICORUM

LIBER XI.

DE HIS QUÆ PER LUPUM, HIÆNAM LYN-  
CEM, URSUM, PANTHERAM, TIGRIM, ET  
URUM SIGNIFICANTUR.

Ex Sacris Ægyptiorum literis.

AD PROSPERUM SANCTACRUCIUM  
NOBILEM ROMANUM.

**N**ESCIO quo tuo fato acciderit (optime lepidissimeq; Prosper) ut qui mortalium es jucundis-  
simus in truculentissimas omnium feras incideris. Tibi enim ludis meis Ægyptiacis, quos prope-  
diem istic Patavii sum commissurus, ducti sorte obtigere, Lupus, Hyena, Lynx, Ursus, Panthera,  
Tigris, & demum Ursus, cum quibus tibi sit, quantum animus viribusq; valeas, congregandum.  
Has omnes vel captivas facias, vel cicures, vel forte etiam devores necesse est, lege ita sodalitia, cosmo-  
geriis comitiis decernente mandanteque, exceptiones, quacumq; possit excogitari, summo penitus. Scio,  
ad hæc firmissimi licet animi juvenis, totus es commotus, qui à bestiarum venatione passus, semper abhor-  
rueris. Nolim tamen putes edictum in te factum acerbi quicquam, aut equum justum de minus con-  
tinere: quod ea potius de causa decretum est, quia nova indomitaque fera cicuranda cum essent, nemi-  
nem habuimus, quem in hujusmodi negotio tibi præferendum existimarem. Tanta enim est vultus a-  
nimiq; alacritas tui, ut facile speremus, simulac in theatrum descenderis, illeque furorem, feritatem,  
rabiem, aut seviriã quæq; suam in te concitarint, futurum, ut tu sola Gelasini tui hilaritate omnes  
actutum mansuafacias, & simulac semel arviseris, ad blanditusve fueris, ad pedes tibi omnes evestigio  
procubituras. Vidimus enim sapius homines quavis bellua ferociore, quos tu, uti tuus est mos,  
dicto aliquo falso, aut liberiore aliqua admonitione molles, castigatosq; contra te irritans, simulac  
furore perciti, & impotentes irruerint in te minabundi, ad solam vultus tui jucunditatem veluti a-  
liqua incantatione percussos substituisse, consternatosq; animi omnem statim indignationem amisisse,  
sponteq; tibi sese dedere, & quibuscumque rebus gratificari possent, obsequium polliceri. Quare  
cum velut Orpheus hinc, modulissq; tu solo illa comitate fretus tua, ferocitatem omnium mitiges, furo-  
remq; delinias, age nulla jam contatione exhibitas à me feras aggredere, victoriam ex illis omnino  
reportaturus: quia in Ægyptiorum fanis alite atq; educate literas mihi videntur didicisse. Proinde  
facile erit juveni literatissimo eas quoquo volueris imbere, & ad omne obsequium paratissimas effice-  
re, id quod iam in Lupo, qui prodiit primus, experiri potes.

## DE LUPO. CAP. I.

**P**ERinque mihi facere videntur, cui Ægyptios solos de brutorum cultu derisui habent, atque  
convitiis & cavillationibus etiam persequuntur, cum nationes fere omnes eadem fuerint su-  
perstitione aliquando contaminatæ, præsertimq; tota Græcia, quæ maxime omnium sapientiam i-  
psam autilse predicatur, Romanaq; respublica, apud quæ ceremoniarum primas semper partes obtinu-  
ere. Græci enim Lupum in honorem Apollinis venerabantur, in Martis atq; adeo Romuli Remique  
venerationem Romani. Alias etiam belluas afferre possem, quæ apud hos & alios, divinos sibi ho-  
nores ascrivere. Sed quoniam de Lupo dicere propositum est, quod ad eum attinet præcipue profe-  
quemur.

Q 3

APOL-

Virg. En. li.  
9 ubi etiam  
Lupus dici-  
tur Martis.  
Lupus Apol-  
lini dicitur

Macro. id.  
Saturn. li.  
cap. 17.  
Hom. Iliad.  
lib. 4.

Athenis Lu-  
pi sepelie-  
bantur.

Lupus au-  
dacia pra-  
ditus.  
Hesychius.

Fuit autem, uti dictum, fera hæc plerisque locis Apollinis memoria dedicata, ejusque simulacri ea asseritur causa, quod oculorum acie potens adeo sit, ut noctis tenebras evincat, acutissimo quippe polleat visu, intempestaque nocte etiam si Luna fileat, clarissime tamen intueatur, & in pradis invadendis post nocturnam famem antelucanum tempus observet, à Sole autem totum est lucis beneficium. Utraque vero de causa, & quod potens lumine esset, & quod ante lucem prodiret ad prædam, Lycopolitana Thebaidos in Ægypto civitas hieroglyphicum Lupi forma Apollini dedicavit, eique in Lupi specie sacra faciebat: tantoque apud eos cives cultu habitus est, ut cum Lupum tamquam Deum venerarentur, soli ex Ægyptiis Ovis vescerentur. Hinc ipsum Solem Homerus *λυκηνόφρον* vocat, non ea quidem causa, quod in Lyca genitus credatur (nam fabula hæc, ut Heraclides Ponticus asseruerat, recens admodum est, neque temporibus Homeri adhuc cuiquam innotuerat) sed veluti diem *ηλιοφρον*, propterea quod *ηγ*, hoc est, diluculum generet, ita Solem *λυκηνόφρον* dixit, quod matutini splendores auctor ipse sit, vel potius quod Lycabanta progeneret, hoc est, annum, cui nomen, ut nonnullis placet, à Luporum similitudine quadam inditum: illi siquidem auctos imbribus fluvios tranaturi, caudas mordicus invicem apprehendunt, longoque ordine seriatim aquis immerguntur, tutoque transmeant, id quod Sol ipse in animalibus Signiferi prætereundis facere videtur, dum continuata quadam serie finem unius, alterius principium facit. Sane aliquot in signis Apollinis Lupos adsculptos videas, de quo diximus in Ancilibus. Colebatur & apud Athenienses in Apollinis gratiam Lupus; qui que fortè animal id interfecisset, lege damnationis promulgata parare jubetur, quæ ei funerando forent necessaria: ut ita magistratus quod sui juris esset officium executi viderentur, & religione Respublica solveretur. Eam hujusce cultus nonnulli causam memorant, quod Latona prægnans per 12. dies in Lupum transmutata, Delon se contulerit, ubi illi facultas pariendi fuit: quapropter Lupæ certa anni dimensione omnes intra dierum 12. spatium pariunt, quod Philostephanus tradidit Commentariis, de quo inferius latius.



## MARS. CAP. III.

Lupus Mar-  
ti dicitur.

Marti idem dedicatus, sive, ut est in fabulis, propter Romuli Remique educatum, quod dicitur Festus, qui velis non à ruma, sed à virtutum magnitudine utriusque fratrum inditum nomen, quod *ρῶμα*, notum apud Græcos vocabulum, fortitudinem significet, ut inde scilicet ii nomen adepti sint, veluti *ἄλκιος* Alcides sive propter ipsam voracitatem, quæ in bello crudeliora est; inde in Sacris etiam literis legas, *Gladus meus devorabit carnes*. Hinc & Mavorti nomen, ut nonnulli arbitrati sunt, quasi mares vorantem dicere voluissent: bellatores enim mares esse debere, & mares dici, a sibi ostensum. *Marcios* porro Lupos Virgilius, *Martiales* Horatius vocat. Et apud Plautum eos in tutela Martis cognoscit Strabax adolescens, ita profatus: *Fuit a deo pater Mars meus: nam Oves illius haud procul absunt à Lupis*. Græci sane Poëtæ *λυκός* vocant strenuos bellatores: validi enim omnino sunt Lupi, & in fallendis hostibus astutissimi, Robur vero eorum plurimum in armis est, ut apud eundem Plautum:

*Quasi Lupus ab armis valeo, clunes infructuos fero.*

Ob

▲ Ob astutiam vero Pindarus adversus inimicos comparare se unumquemque monet *λόκοιο δίνας*, more Lupi: ad id scilicet respiciens, quod Lupus tortuosis ambagibus vestigia perplexa ponit modo hac, modo illac procurrens, ut non facile, qua te parte sit invasurus, aspicias.

RAPTOR. CAP. IV.

*Miles natus. Vita. Hieroglyphicis.*

**B**ellicosus vero viris plerisque omnibus is natura mos insitus, ut conveciare juvet prædas, & vivere rapto, id quod etiam inter præcipua virtutum suarum præconia, magnificè atque gloriose admodum recensere solent. Unde furacem & raptorem hominem per Lupum ostendi, multi aptum & congruens existimant hieroglyphicum: quod quidem minime alienum est à veterum disciplina, eorum maximè Philoſophorum consensu, qui palingenesiam posuere, ut remotiorem doctrinam illam, quam ab Ægyptiis acceperant, novo commento hujusmodi fabularum involucris occultarent. Illi enim hominem, qui semper promptus & paratus fuisset ad rapinas, post obitum in Lupum abire tradiderunt, ut in Phædone Socrates: quæ tamen dictata Porphyrius & Jamblichus non sunt passi diutius in tenebris latitare: sed quid ea sibi vellent, latissimè omnia pandere curæ pretium habuere. Hos secutus Poëta Claudianus, prædones ait, ab Rhadamantho Lupis objici solitos: ridiculeque, ut asselet Aristoph. Simonem bonorum publicorum depeculatorem exprimi per Lupum à Nebulis jocatur. Et Lupi nomen in Divinis literis, ut observarunt Theologi, non secus ac Vulpeculæ, semper in mali cuiuspiam significatum accipitur. Ac cacoda: non est interdum Lupus, plerumque tamen raptor in Evangel. *Intrinsicus autem sunt Lupi rapaces, Quod vero Jacob ait, Ben-jamin Lupus rapax, mane capiet prædam, vespere autem reddet,* de Pauli conversione dictum & Eucherius & alii plerique putant.

IMPROBITAS MERETRICIA. CAP. V.

**E**T qui meretriciam improbitatem per Lupæ simulacrum significari contendunt, hieroglyphicum nimirum id à rapacitate desumptum autumant. Notum enim, meretrices Lupas appellari, & inde Lupanaria dici. Ea de causa Messalina, flagitiosum Imperatoris majestatis dedecus, Lycicæ nomen mentiri delectabatur, de qua Satyricus Poëta:

*Tunc nudo papillis.*

*Constitit auribus nomen mentita Lycicæ.*

Cicero in Miloniana, *Clodius semper secum scortæ, semper Lupas* dicebat.



*Juvenalis.*

FORMIDATOR INANIAM. CAP. VI.

**A**tque hoc tam bellicosum, tam noctivagum animal, minima quadam re, lapidis quippe alicujus audito tantum strepitu, terreri solet. Unde Sacerdotes Ægyptii, si quem vanis rumoribus & inanisi rei formidine consternatum indicare vellent, hieroglyphicum ex Lupo & saxi telo aliquo prope adscito facere consueverunt: ita enim est eorum ingenium, ut qui neque ferrum evitent, neque fustem tremiscant, lapidem tantum impendio perhorrescant, cujus ictum adeo perniciosum sentiunt, ut qua parte tacti fuerint, computrescant, vermibus quam ocyfime redditis. Quinetiam reperti sunt, qui vel duorum concussu lapidum strepidum cientes, ferocissimos à se Lupos abegerint. Nobis pueris narrare solebat Laurentius pater, homo minime vanus aut fabulosus, cum is ex Noricis Alpibus in Bellanensem agrum descenderet, via plurimum scrupulosa, sibi nocte prævento ad quintum ab urbe lapidem repente tres Lupos visendæ magnitudinis apparuisse, quos cum qua ratione summo veret secum agitare, id sibi divinitus incidisse menti, ut dejecto in terram retinaculo, quo per noctem



*Lupi strepidatio ex lapidum strepitu.*

*Pateris l. Pierii factum.*

Equus

Equus ad præsepe religabatur, altero capite manu comprehenso, id cœperit pone trahere, quod quidem annulis fibulisque aliquot ferreis præditum, cum ingentem per viam strepitum cieret, faxosque scrupulos quotquot incurfando ostendisset excitaret, perterrefacti repente Lupi, quasi vis magna canum incubuisset, præpropere fugam arripuerunt. Non præmittam super hac Lupi trepidatione, hominem à Lupo prævisum subito consternari, & vocem amittere, quod non ex Virgilio tantum, sed & ex Platone in Politicis habetur atque ita vice versa, si homo prius Lupum viderit, eum eadem pati.

Plato lib. 1.  
de Rep. &  
Transcritus  
in Idyllio  
ξ.

INDEMNIS FUGA. CAP. VII.

Hominem in hostes illapsum, qui parva admodum jactura evasisset, ostendere si constituissent, Lupum extrema cauda glabrum facere consueverant: is enim agitatus à venatoribus, quasi conficius sibi amatorium virus exiguo ejus in se villo, ne captus humanæ omnino satisfaciatur voluntati, cum abjicit, ajunt enim non idem pollere, nisi viventi direptum,

De hoc se.  
nemo Plin.  
lib. 8, c. 22.

TUTUS RECEPTUS. CAP. VIII.

Eum vero qui vel prædatum, vel in aciem progressus, moxore incumbente vi quam sustinere se posse consideret, se nulla accepta clade in tutum recepisset, indicare si vellent, currentem Lupum, cauda præcipue sub uterum immissa reductaque, proponebant. Summa enim Lupo calliditas in periculis declinandis, primumque illi studium fugæ sibi consulere, seq; sospitem sylvis reddere, unde *λυκος οὐ ποῖσιν ἀποδίδει*, habetur in adagiis. Reducere vero caudam sub uterum, præcipuum est signum pavitantis. Quod cum Maro noster non ignoraret, ingenium ejus descripsit his versibus, quos recitare non pigeat.



Adagium.

Ensid. l. 12.

Ac velut ille priusquam tela inimica sequantur, Conficius audacis salti, caudamq; remulcens  
Continuo in montes sese avius abdidit altos Subjecit pavimentem utero, sylvæq; petivit.  
Occiso pastore Lupus magnosq; juvenco,

ABORTUS. CAP. IX.

Lupi cum  
i qua diffi-  
centia.

Sacerdotes iidem Aegyptii si mulierem abortientem indicare vellent, picturam eam instituerant, qua Lupus ab Equa calcibus impeteretur, vel aliquo modo calcaretur: propterea quod persuasum habebatur, ita ea inter sonatura distidere animalia, ut prægans Equa, si Lupum tetigisset, statim abortum faceret, neq; hoc effici de tactu solum, verum etiam si vestigium tantum illius præfisset, tantam inesse Lupo veneficii vim, ut omnino abortiret.

AB INFORTUNIIS POTENTIOR. CAP. X.

E. vi & Lu-  
pi. diffensio.

Longe vero diversum illud, quod hominem ex infortuniis calamitatibusq; beatiorem, potentio-remque factum significare si vellent, Equum, in cuius clunes Lupus morsum infixisset, effingere consueverunt: ferunt enim Equos, quibus dimicatio cum Lupis fuerit, præstantiores reddi. Eos Græci *λυκοσπιδας*, nos vulsilupos dicere possumus: non ea quidem de causa, quam nonnulli commenti sunt, ita eos, à franatis Lupis, utpote animosis & ferocibus appellatos, sed quia multorum experimento compertum est, pullos qui cum Lupo certarint, evaserintque in bonos & velocipedes mox evadere: hujusmodi enim eventus Equos & animosiores & perniciores reddi: imo quia & animosi & agiles fuerint, effugerunt: factoque ita in feris periculo solemus eos approbare, idque omnium consensu receptum. Qui tamen ab injuria ita ferox evadit, longè ignavior fit natura secreta quodam, si, ut Pamphilus lib. Rerum naturalium tradit: Lupi vestigium calcarit: tunc enim ait, eum cruribus obtorpecere. Quinetiam tanta est illi cum Equo natura diffensio, ut eum quamcumlibet ferocem & generosum, vel mortuus & terra conditus absterreat; inventique sunt hodie qui

**A**qui omnivolum Pricipum quorundam impotentiam elufuri, cum Equum haberent infignorem, quem loci dominus sibi depofcebat, admoniti sunt Lupinum intefinum in via qua producendus erat Equus, clanculum fepelire, eaque mox Equus in Principis confpectum eductus, fimulac intefini odorem fenfit, nulla unquam agitatione, nullifque fimulis impelli potuit ut ea tranfret: atque ita vel fternacis, vel indomiti, vel renitentis accepta nota, repudiatu a Principe, priori domino fuo relictu efl. Addam & hoc naturæ miraculum: Equis torminum doloribus cruciatu nullum præfentiu eflle remedium, quam intefini lupini cinctu, quem Romæ in ufum hujufmodi affervari apud plerofque comperi. Quod vero de confternatione dicebamus, non funt nova hæc commenta, ut terriculamenta info di foleant, quæ vel hoc, vel illud animal infigniter abhorreat. Nam apud veteres quoque viguit hæc fuperficio, ut eo loco, qua iter acturi funt Equi, in foffa aliqua his terrorem incutiant, & ab incepto curfu aliofum avertant, vel confternati ulteriu progredi reculent. Porro Amphionem Thebanum memorant Pelopi quædam tradidiffe, ut ob iter fepelirentur, quibus non Oenomai modo Equi perterrefacti funt, verum omnes quotquot illac in pofterum curfum arripuerent, extitiffeq; loco nomen Taraxippo, de re inditum.

## IMPATIENS FAMIS. CAP. XI.

**I**dem hominem famis impatientem exprimere fi curaffent, Lupum vel hianti ore, vel terram mordicus apprehendentem hieroglyphicè figurabant. Lupus enim cum prædæ inhiat, rictu latè diducto currit, alioqui fi prædæ copia non fuerit, peculiare habet, efuriens terram devorare. Sunt tamen qui non hoc ad faturitatem a Lupo fieri contendunt, fed ut jumentum aliquod invafurus gravior & ponderofior factus, prædam citiu defatiget, cui ftatim, qui mos efl illi, fe dentibus appendent, quæ quidem efl Alberti opinio. Sed quoniam ita in Luporum ingenium incidimus, non injucundum relatu fuerit quod apud eundem authorem de Lupi cujufdam industria pro comperto ponitur: hunc fcilicet cum animadvertiffet fylveftrem quamdam Suem cum numerofo fœtu ad locum avena fatum itare, pabuli gratia, offendiffetque proflratum arboris truncum ramis etiamnum profiantibus, arrepto in os ligno librarum circiter xl. fuper truncum efferri fultu affueviffè, ac in ramos repere, mox adveniente cum prole Porca, unum curfu rapido de porcellis arripit, in arborem feftinanter fcandit, ibiq; toto confiftens raptu potitur, & in matris confpectu fruflra adgrunienti & fœvientis filium depaicitur.

## PROPERANTIA. CAP. XII.

**C**elerius quid maturatum per Lupi catulum fignificari femel tantum reperi: Lupam enim intra xii parere dies fabulantur Aegyptii. Sed enim Philoftephani fuper hoc verba, ut locum fuperius tactum ampliemus, quantum mihi videtur, non rectè accepta funt. quilibro, cui Commentaria nomen fecit, dicere videtur, xii. eflle certos anni dies quibus Lupæ omnes pariant. Ariftoteles fane, quod fœtum xii. tantum geflent dies, eflle inexploratum fibi profitetur: perinde ac illud etiam, quod ajunt, eas femel tantum in vita parere.

## ANCEPS CONSILII. CAP. XIII.

**V**ulgatum autem & adagiis & hieroglyphicis illud efl, hominem qui Lupum auribus teneat, fignificare quempiam in eo ftatu, quo negotium aliquod neque relinquere, neque exequituto poftit. Nam res proverbio confirmata, & fertur in primis, Tiberiique præcipuè ufurpatione dictum repetitum. Et Phormione Terentiu, Antiphonem dicere confingit auribus fe tenere Lupum: neque quomodo dimitteret eum a fe invenire poftè, neque qua ratione retineret, fcire. Et caufa ejus ambiguitatis fponte factis manifefla efl, quam hic repetere mihi minime neceffarium videtur.



Aurib. Lupum tenere quid.

Suetonius in Tiberio.

R

VENE-

**I**llud potius referam, hominem tutum à veneficiis per Lupi rostrum significari: quod persuasum est id si portis præfixum fuerit, veneficia ei non obesse familiæ, quæ aedes illas inhabitet. Hæc vero veneficiorum commemoratio adducit in memoriam mihi, homines in Lupos transformari minime olim fabulosum habitum. De Demarcho enim Olympionica, qui demutatus in Lupum, decimo post anno rursus faciem receperit humanam, apud Pausaniam legere est, & apud Plinium peculiareque id Arcadibus fuisse, ut trans paludem quandam proceffi, in Lupos abirent, & si per novennium humanas carnes abstinuissent, decimo post anno eodem reverti, unde transfeciti fuerant, ac in homines redire, decem annorum addito senio. D. etiam Augustinus de Civitate Dei, Varronem à hæc de Arcadibus memoriæ tradidisse.

*Plin. lib. 8.  
cap. 22.*

## PEREGRINUS. CAP. XV.

**C**ivem ex Bove, animali quippe domestico, nobiscum alito atque educato significari loco suo diximus. Ex Lupo autem peregrinum intelligi, historia eadem ostendit. Danaus enim cum in Argivos movisset, peteretque Gelanorem expelli, qui tunc Argis imperabat, Lupum & Taurum pugnantes conspicatus, se Lupi vice statuens, quinam foret pugnae exitus operiebatur. Lupo vero victoria petito, ædem Apollini Lycio vovit: atque ita rerum potitus est, cum facile civibus persuasum esset, Deos victorem Danaum per portentum ejusmodi designare, quod Gelanor inter eos eductus esset, hic vero peregrinus foris advenisset, itaque in Imperium ascitus expulso Gelanore eaque de causa in Argivo foro Lupi & Tauri invicem pugnantium effigies ex ære diutissime permanserunt, quas Pyrrhus Epirotarum rex inspectas exhorruit, domestici admonitus oraculo tunc instare sibi fatalem diem, cum Lupum & Taurum pugnantes aspexisset. Quantum vero pertinet ad portentum, eadem sentiuunt Pausanias & Plutarchus, Gelanorem per Bovem, Danaum per Lupum acceptos: sed in re gesta referenda in diversa abeunt, quod Plutarchus Danao portentum oblatum scribit, Pausanias civibus animadversum, civilique contentione de Imperio certatam dilatisque in alterum diem comitiis, mane monstrum id accidisse, populique judicium fuisse, ut Danaus in regnum admitteretur, Gelanor profugus solum verteret.

*Pyrrhi Regis prodigium.*

## MACEDO. CAP. XVI.

**M**acedonem Herculis comitem, qui sub Ostride militavit, ea de causa per Lupum sculptum intelligi, Diodorus asserit, quod is Lupi gestamine delectaretur. Jam & Romani veteres Lupum inter militaria signa statuere.

## SALII. CAP. XVII.

**I**n recentiorum vero Imp. Theodosii, Honorii, & quorundam aliorum domestico canone, quo legiones ordinesque totius eorum militiæ recensentur, Saliorum quoque habetur insigne qui eo appellati nomine, sub militum Præfentiali nuncupato, militabant: parma quippe, cujus aureus erat umbilicus, quem ruber ambibat circulus, hunc alius latior violacei coloris admodum diluti, in summo cujus rosa erat, à medio Lupi hinc inde dimidii duo, qui ad florem superne positum spectabant, mox parma rubro margine claudebatur. Minime vero mirum, si qui Saliorum sibi nomen adsumerant, Martis etiam animalia in gestaminibus habere voluerunt.

*Saliorum insigne.*

## AUGURIUM MORTIS. CAP. XVIII.

**I**n aruspicina sanè invenias Lupum mortis auspicia fecisse: Maximino enim Imperatori, viro & bellicoso, exitum portenderunt Lupi circiter quingenti simul ingressi urbem in quam ipse se receperat, cum in Italiam adversus Maximum & Balbinum profectus est. Et coloniam quam C. Gracchus instaurata Carthagine, quam Junoniam appellaverat, deduxisse fertur, infelicem futuram Aruspices dixere: propterea quod Lupi bis metas ibi positas subito incurfu subvertent, infaustum hujusmodi ostentum esse asseverantes. Et ea Judæorum clade quam sub Hadriano passi sunt, Lupi & Hyæna per urbes passim irruentes ululabant.

*Lupi aliquando portentosi.*

PESTI-

PESTILENTIA. CAP. XIX.

**A** pud Philostratum Lupus futura pestilentia signum est, ubi Palamedes, propterea quod Lupi ex Ida frequentes in pueros qui castris ministrabant, impetum fecerant, suadet Apollini Lycio sacrificandum, qui feras eas suimet sagittis interficeret, ac simul imminens pestilentia calamitas summo veretur. Apud Sicyonios templum erat olim Apollini Lycio dicatum ea de causa, quod ferunt aliquando Lupos ita eorum gregibus infestos ut nullum possent ex re pecuaria fructum percipere: quare consulto Deo responsum acceperunt, ex ligno quodam arido, quod humi jacebat, corticem detrahendum, eumque admixtum caribus feris exponendum, quas cum illi gustassent, internectione perire. Sed & apud Troezenios Dianæ Lyceæ templum fuit ab Hippolyto dicatum, inde, ut Pausanias putat, expulsis Lupis.



Palamedes cur Apollini Lycio sacrificandum suaserit.

PROSPERITAS. CAP. XX.

**F**elicioribus vero auspiciis Lupa geminos Marte factos educat. Trogo enim commentum placet, ea de causa Romulus & Remus Martis filios dictos, quod nutricem Lupam habuerint: propterea quod Lupa in Martis tutela esset, hinc antiqua Romæ tot extant monumenta, in quibus Romulus & Remus parvi atque lactentes lupinis uberibus inhiant. Eadem in somnis uberibus suis Severum alit in Imperii futuri præfagium. Neque prætereundum quod Geloni Syracusano adhuc puero, & in scholis rudimenta prima discenti, Lupus auxilio fuerit, ut imminenti vitæ periculo subduceretur. Nam cum & præceptor ejus, & frequentes discipuli in ludo literario essent, visendæ magnitudinis Lupus irrupit, Gelonisque tabulis morfu arreptis ire foras properabat. Gelon haudquam territus, ne tabellis privaretur, eas manu non segniter tenens Lupum sequebatur: postea vero quam foras processere, gymnasium repente corruit, magistratumque & condiscipulos oppressit, Gelon incolumis evasit.

Lupa & Lupi auxilium memoratum.

HYÆNA. CAP. XXI.

**E**Ram pene Hyænam præteriturus, authorum offensus perplexitate, tam diversa super ea tradentium, ut parum cognita esse animalia suspicarer: sed quoniam non ei legi addictus sum ut animalium historiam perferbam, sed quæ tantum ad Ægyptiorum commenta faciant perquiram, cujusmodi ea sint, ex iis quæ collegimus, intelliges.

VICTUS HOSTIS. CAP. XXII.

**H**ieroglyphicum Hyæne præcipuum erat, contentionem, ut apud Ægyptios Sacerdotes reperi, significare. Quod si victum hostem intelligi voluissent, eum à dextro latere statuebant; si ad dexteram conversa cum venatore pugnam inierit, eam semper esse potioem. Nam cum flexi nisi circumacti totius corporis nequeat, spina continua per collum & dorsum totum porrecta, prægressi hominis vestigia occupare conatur: quod si successerit, quasi magica quadam vi, quæ in ejus tantum dextera corporis parte pollet, alienari mente circumventum hominem, & si Equo infideat, decidere: atque ita omnino victum interfici.

Plin. lib. 10. c. 8.

VICTOR HOSTIS. CAP. XXIII.

**S**in victorem hostem significare vellent, animal idem cum venatore ab læva congressum effingebant, quod divulgatum est Hyænam si non ab læva hostem occuparit, nihil ea magica vi polleat: ipsam verò quasi attonitam decidere, ac nullo pene negotio capi. Sedenim quæsierit aliquis, si pingenda sit Hyæna animal orbi nostro incognitum, qua figura sit. Tradunt eam magnitudine & colore

Ibidem Plin.



Hyana de  
scriptio  
Vinn. lib. 3  
cap. 50.

lore Lupi præditam, hirsutiore tamen, acie in utraq; oris parte perpetua, oculo vario, & colores mutante, nullis gingivis, dente continuo, equina juba per collum & dorsum totum setis durioribus inhorrescente, neque imaginarium esse animal, ut plerique suspicantur, de quo gravissimi tot auctores per multa quam diligentissime disseruerunt, quæ nisi ex visu iis, cognita fuissent, haudquaquam putos eos in re vana usque adeo laboraturos.

## MORUM INSTABILITAS. CAP. XXIV.

INSTABLEM vero quempiam, nihil quippe in eodem vitæ tenore ac modo quem sibi proposuisset, perseverantem, sed alias quidem probum, fortem, audacemque: tam animi quam corporis sui dominantem, alias vero improbum, invalidum, miserumque, & ad cupiditates omnes impotentem, significare si vellent, Hyanam itidem hieroglyphicè proponere consueverunt: huic siquidem animali utramque inesse naturam, & alternis annis esse marem, alternis fœminam fieri, Ægypti præcipuè prodiderunt, & Ægyptios secuti plerique alii. Cæterum Aristoteles commentitium hoc esse profitetur vulgoque persuasum eas annua vice sexum permutare: quia captæ aliquot (perquam rarè autè capiuntur, præsertim fœminæ) tenellæ adhuc sine genitalibus fuerint. Mares enim impendio timent libidinis xmulos, & ideo gravidas custodiunt, morsuque prolem masculam ubi detur occasio castrant. Licet non sum nescius traditum à gravissimis auctoribus, habere quid Hyana sub cauda positum figura simile genitalis fœminæ, sed sine ullo meatu, sub quo meatus excrementorum sit, virile verò similiter atque in Lupis & Canibus habetur. Fœmina etiam præter suum illud, simile ut mas habet sub cauda sine ullo meatu, à quo excrementorum meatus est, sub eo genitale verum habet. Id ita esse contendit Aristoteles, qui difficulter unicuique Naturæ miraculo videtur assentiri. Sed miror in hoc tam veteres quam recentiores auctores diversos ab Aristotele tam constanter ire: quod ab iis temere fieri haudquaquam adduci possum, cum præsertim Ælian. Histor. hujusmodi scriptor diligentissimus tradat, τὸ αἰνῶν τὸ τι μὲν ἀρρενα εἶδη δ' οὖνο, τὸ δὲ τῆν εἰς νεώτερον ψεῖσθ' ἡλιν, εἰ δὲ ἡλιν νῦν, μετὰ ταῦτα ἀρρενα κοινωσάν δὲ ἀφ' ἑδῆς ἐκὰ τῆς ἐξ ἡμετέρας, ἀνὰ τὴν πύλιν ἀμείβουσι τὸ ἑστῶν. Hyana si quando quis marem inspexerit, eandem mox fœminam videbit, sin modo fœminam, postea marem aspiciet. Promissum verò coitua alterutra conjunguntur ineuntque & ineuntur, per annum unum sexus vicissitudinem alternantes. Qui quidem auctor, eum Aristotele longè posterior fuerit, id scriptis credere minime ausus esset, nisi aut compertum ipse, aut fide dignorum testimonio certum habuisset. Accedit & Tertulliani scriptoris & doctissimi & diligentissimi auctoritas, qui ita scribit, *Hyanam, si observis sexus annalis est, marem & fœminam alternat.*

## ADVERSÆ FORTUNÆ DOMITOR. CAP. XXV.

ADVERSAS vero calamitates, & infortunia toto vitæ cursu intrepide superantem hominem insignire si vellent, Hyana corium indutum eum pingere solebant: quippe quod ex Magorum superstitionibus persuasum est, qui corium id induerit, aut aliquid ex eo secum habuerit, quaquam eum vel per medios hostes penetraturum, neque futurum quenquam qui illi injuriam inferre ausit, usque adeo hinc ejus incolumitati cautum esse, ut jam credi possit, eos qui linguam Hyanae sub pede habeant, quod idem Magi perhibent, à Canibus minime tanquam Scipiones alteros latrari.

## LARVARUM LACESSITOR. CAP. XXVI.

Hæc ab Ægyptiis Sacerdotibus super Hyana tradita sunt. Unum addidere Latini, ac pulcherrimum quidem hieroglyphicum, ut si hominem larvas, ut ita dicam, incessentem, neque defensorum manes quiescere permittentem, maledicta quippe & accusationes in mortuos ingerentem comminiscentemque notare velent, Hyanam in sepulcretis monumentum aliquod effodientem faciunt: cum satis exploratum sit ab uno hoc animali sepulchra erui inquisitione cadaverum, quod sit humanæ carnis avidissima. Julius Capitolinus eas Belbos appellatas ait in vita Gordiani tertii, decemque tunc temporis fuisse in urbe Roma profitetur. Visu vero tunc est illa dentis unius perpetua series, qua prædita est Hyana: id quod ne mirum adeo sit, in quibusdam etiã hominibus aliquando spectari.

Hyana hic  
roglyphicè  
à Latinis  
sumptum.

**A** spectatum. Nam Prusæ regis filius unum tantum os habuit dentium loco, obque id Nonodos appellatus. Ita & Pyrrhus rex Epirotarum. Porphyrius eo commentario, quod de abstinento ab esu carniū conscripsit, ab indis ait Hyænam hanc Crocutam vocitari: sed Crocutam autores diversam ab Hyæna ponunt. Reliquum est de antipathia quæ intercedit Hyæna cum Panthera, dicere, qualeque inde factum sit hieroglyphicum: quocirca & hoc, & alia ejus significata memorabimus.

DE PANTHERA.  
SPECIOR ATQUE VALIDIOR A DETERIORE SUPERATUS.

## CAP. XXVII.

**Q**uam tetrum animal Hyæna sit, quamque aspectu fœdum, ex iis, quæ superius allata sunt, constare unicuique potest. Longe vero diversa est Panthera, qua nulla pene fera est villorum varietate speciosior, vehementior nulla, nulla impetuosior: vis tamen occulta quædam Hyæna Pantheram exuperat. Quare cum sacerdotes Ægyptii superatum ab inferioribus, vel à deterioribus hominem intelligi vellent, duo tergora, Panthera unum, Hyæna alterum commitebant, assuebantque: si quidem compertum est, tanta inter se repugnantia ea dissentire, ut si simul assuantur, vel etiam contraria suspendantur, Panthera pili decidant, Hyæna vero nullo detrimento afficiantur, quæ quidem tanto esse Pantheris metu dicitur, ut occupata ab ea, tanta animum consternatione respondeant, ut ne resistere quidem conentur. Hinc autem commentum putarim, pilos cujuscumque generis & inutilis, maxime palpebras, auferri medicamento quodam ex Hyæna corde in cinerem concremato, & cerebro ejus illito. Præstant hoc etiam, quod Hyæna tergora in Panthera pilos efficit, Aquilarum penna, quæ admixtas reliquarum alitum pennas devorant.

*Panthera  
& Hyæna  
antipathia.*

*Plin, lib. 8.  
cap. 3.*

## IMPROBITAS. CAP. XXVIII.

**I**nsatiabilem autem hominem & omnium appetitorem, per Pantheram significari ea de causa fertur, quod nullum non animal ea venatur, unde illi nomen: nam Panthera Græcum omnino vocabulum agnoscit Varro, quod ab omnifaria feritate, adde etiam venatione, deducitur, sive quod omnium pene ferarum coloribus variegata spectetur: nam & hæc atque Tigres maxime omnium animalium varietate insignes perhibentur. Sane inter Pantheras, Pardalinæ feminam, Pardum marem plerique agnoscunt. Aristophanes hujus non immemor improbitatis, Pardali notam inurit impudentiæ, cum neque ignem neque Pardalinæque impudentes ait atque femina est: quippe quæ omnia corripit atque consumat.

*Panthera  
cur sic di-  
cta.*

## DISSIMULATOR INGENII. CAP. XXIX.

**P**ræterea hominem Ægyptii suorum vitiorum dissimulatorem, quique pravum, quo præditus esset, ingenium ita occultaret, ne vel à domesticis deprehendi posset. Panthera simulacro notabant. Ferunt enim ejus odore mire sollicitari quadrupedes, sed capitis torvitate terri: quod ipsa docente natura fati intelligens, occultato eo, ac odoris tantum facta copia invitata corripit: atque hæc est ejus in venando solertia: quamvis Plinius animalium nullum odoratum putat, nisi credamus, ait, de Pantheris quicquid dictum est. Sentiunt tamen cum Ægyptiis Aristoteles & Plutarchus, qui plurima dicunt animalia magno studio Pantheram secari odore ejus delectata: quod, nisi Plinius odorem pro suavolentia capiat, non nihil admirationis afferre potest, cum ferarum & omnium dubio procul animantium odor quotidiana mortalium experientia canibus innotescat. Quam Equi odore tantum Cameli percepto, in fugam verti perhibentur. Recitata est loco suo historia, quemadmodum Cyrus adversus numerosissimum Cræsi equitatum dimicaturus, Camelos contra instruxerit, quorum odore consternati Equi, fugam ruptis ordinibus corripuerint. Cræsi conatum ita frustrati.

## EBRIOSITAS. CAP. XXX.

**Q**uod autem odore usque adeo intensa Panthera possit, eam Philosophi causam arbitrantur, quod maxima prædita sit caliditate, indeque odorem illum excitari: cumque ita cum vino confensum

*Venatorum  
natio in Pan-  
theris capi-  
undis.*

senfum quendam habere videatur. Baccho ea olim fertur dedicata. Sed quoniam sunt qui per eam ebriositatem intelligant, hieroglyphicum à re ipsa desumptum ego crediderim: sunt enim Pantheræ vini admodum avida, & à venatoribus ebræ plerumque capiuntur, fontibus quo potatum eunt, suavisimo perveteri potentique vino medicatis, tanta copia, ut fonticuli aquula longe superetur: exiliores enim ad hoc fontes dedita opera pervestigant. Interdum ne rem perditum eant, & simul operam eludant, si latebrarum commoditatem juxta fontem nacti fuerint, perforatas arundines intra terram modicum defossas in fontem uno immittunt capite, altero in locum ubi delitefcunt, adductio, observatoq; animalis adventu, per utrem ad hoc paratum statim tubo vinum infundunt, quod vinum veluti vena de fronte profiliens, meracitate sua magis illectat, remq; celerius maturat, illis plerumque antea, quam sitim expleverint, procidentibus. Vidimus sane numum antiquissimum ex ære, quod apud Massas habetur, in quo Liberi caput juvenile hedera redimitum, ab altera vero facie Panthera & Thyrsus pulcherrimo opere cusi sunt. Et in Gallieni plerisque Pantheræ nota est cum inscriptione LIBERO P. CONS. AUG. Sunt qui Tigrin esse contendant, de qua paulo infra dicemus.

## MORUM VARIETAS. CAP. XXXI.

*Africana  
Panthera.*

Quoniam vero Panthera variis est maculis colorata, plerique morum varietatem per ejus pellem ostendere instituerunt. Nam & earum genus varie ab authoribus appellatum, proque Pantheris Variarum nomen apud Latinos receptum. Quare animadvertendus est apud Pædiantum locus, ubi *Vercias* pro *Varias* hæcenus fere passim lectum est: de Pantheris enim illic loquitur. Eadem & Africanæ simpliciter vocabantur, quod in Africa frequens admodum est earum genus: fuitq; vetus Senatusconsultum, ne liceret Africanas in Italiam advehere, Cn. Aufidii tribuni plebis rogatione mox derogatum. Sane Claudius Cæsar in spectaculis, ut apud Tranquillum est, exhibuit Africanas, conficiente turma equitum Prætorianorum. Quantum vero pertinet ad colorum varietatem, jocose dictum apud Plautum in Epidico, ubi Thesprio varie se valuisse dicit, cui respondent Epidicus, *Caprigenum & Pantherinum genus sibi non placere*: in quo quidem non coloris tantum varietate sensus est, ut Interpretum bona pars opinatur, sed ab ipsius Capræ natura sumptum, quæ fere semper febricitat. Quod vero spectat ad Pantheram, varietas morum non ex vario ejus colore tantum intelligitur, sed quod & vehemens est, & ad impetus propensa, & pernix, corporeq; ad agitationem perquam idoneo. Unde per eam in Divinis literis varii animorum motus indicantur, de qua Hieremias: *Nunquid Æthiops pellem suam immutavit, & suam Pardus varietatem?* quod non solum, inquit Ambrosius, de figura, sed etiam de mobilitate furoris accipitur: eo quod Indorum populus & atri homines Æthiopum genus, ad fidei pietatisque candorem invitati, tenebrosis terræ cavernis insueti, inquietis ac mobilibus mentis atque animi mutationibus decolorati, boni propositi gratiam tenere non possint, neque ad emendationem correctionemve ullam remeare, qui ferinam semel induerit immanitatem, Eucherius pro dæmone accipit, qui subdolos & varius fit in humano genere pervertendo.

## DE TIGRIDE. CAP. XXXII.

Apud Ægyptios Tigridem non inveni, apud Græcos & Latinos frequentissime: de qua significatione illa præcipue celebrantur, quæ ad immanitatem, ad sævitiam, ad ultionem, ad pernicitatem, ad amorem erga filios pertinent: quin etiam apud aliquot gentes divini cultus particeps judicata.

## SOL. CAP. XXXIII.

*Tigris, cur  
in honorem  
Solis culta  
apud Indos.*

Solis enim simulacrum esse perhibebatur. Sed Sol & Bacchus idem numen habitum, ut veterum Græcorum habet Theologia, eaque apud Indos in honorem Solis culta. Indi siquidem clunes ejus tantum mensis inferebant, cæteris partibus ob Solis reverentiam abstinebant. Idq; ea de causa quod hoc animal simulacrum est, priores pedes attollere fertur versus exorientem Solem, quem adorandi morem Maro videtur expressisse, cum 12. Æneidos scripsit:

*Illi ad surgentem conversi lumina Solem  
Dant fruges manibus falsas.*

Ita in veteribus habetur exemplaribus.

FEROCIA EMOLLITA. CAP. XXXIV.

Quod vero pertinet ad ferociam per animalis istiusmodi effigiem descriptam, indomitos & efferatos animos indicamus. Et Poetæ cum hominis cujuscumque immanitatem egregie notare volunt, Hyrcanas illas Tigrides huic ubera prædicant admovisse: Et quæ Bacchi currui junguntur, ut plerique authores sunt, indicant moderatum vini usum ferocientis animi sævitiam demulcere. Ita Polyphemus apud Homerum omnem exuperans crudelitatem, Maroneo delinitus vino, Ulyssi mollius adblanditur. Et heroes illi Trojani apud Homerum eundem, qui laudibus arguitur vini vinosus, ferocitatem sæpe, æstuantisque bile cordis acerbiter vino delinere: hominiquæ valde irato apud Plautum propinandum edicitur, ut ille vino bilem diluat. Naturæ enim consentaneum, cibo potuque rigato corpore, ab eo discuti tristitiam. Quare Zeno Citieus interrogatus, cur, cum Philosophus esset, & natura feverus, in convivio tamen hilarior videretur: *Atqui, inquit ille, Lupinum suapte est natura amarum, dulcescit tamen aqua maceratum.* Atque hoc illud est, quod Armenias curru subungere Tigres, Bacchi Orgiis institutum.



*Hyrcanæ  
admovunt  
ubera Ti-  
gres Virg.  
lib. 4. An.  
Hinc Ovi-  
dium de Bac-  
cho loquent  
lib. 3. Met.  
Tigrides  
currui Bac-  
chi junctæ,  
quid.  
Virg. in Bu-  
col.  
Daphnis &  
Armenias  
curru sub-  
iungere  
Tigres.*

ULTIO. CAP. XXXV.

Ultionem significare qui volunt, Tigridem & Equum ab ea dilaceratum pingunt. Nota est historia, quemadmodum ejus venator, sætus recens editos observat, ad quos, cum mater pabulatum abierit, auferendos perniciosissimo fertur Equo, surreptisque catulis, qui sunt semper numerosi, in cursum fertur quanto potest citatissimum: reversa Tigris ubi nidum vacuum reperit, velocissimo cursu totam circumlustrat regionem, donec fugientem venatorem deprehenderit, in quem omnem convertit impetum: ille statim unum de catulis projicit, suscipit hunc Tigris mordicus, & retroversa in nidum refert, alacri mox cursu eadem vestigia repetit, exiguoque temporis intervallo venatorem agreditur: ille rursus alterum catulum abjicit, cursuque nunquam intermisso navem versus provolat. Suscipitur hic quoque, & rapidissima velocitate reportatur, idque & tertio, & interdum quarto fit, donec venator conscensa navi vix duobus & nonnunquam uno tantum catulo ablato aufugiat, Equo relicto, in quem illa postea quam frustra toto litore frendens deseviit, omnem convertit ultionis sævitiam, totumque discerpit, & miserabiles socii furti pœnas pendere compellit. Apud Jobum, ut in Hebræo esse dicit Eucherius, Tigris perit; eo quod non fuerit prædam affecuta: quod de sæminea arrogantia dictum volunt.



*Nota histo-  
ria de Ti-  
gridis amo-  
re erga suos*

PERNICITAS. CAP. XXXVI.

Am pernicitas significatum ex iis quæ supra dicta sunt, desumitur, cum citatissimum Equum ter & pluries assequatur, cursu retrorsum repetito.

AMOR IN FILIOS. CAP. XXXVII.

Ita etiam charitas pietasque, & affectus in filios summus, ex eadem historia consideratur: mox & ultionis studium, cum in relicto Equum tanta ferocitate sæviat.

MUSI-

## MUSICÆ HOSTIS. CAP. XXXVIII.

Sunt qui Musis aversum ingenium omnemque Musicæ lepiditatem odio prosequentem, per Tigrim & tympanum pingant. Ajunt enim eam ita tympani sonum exhorrescere, ut eo audito miserabiliter insaniat, eoque furoris provehatur, ut semetipsam dentibus impetat, visceraque ipsa sua fœde dilaceret atque discerpatur.



Lynx quid.

## DE LYNCE. CAP. XXXIX.

Lyncem in Luporum genere plerique recensuerunt, eique Cervario cognomentum indidere. Sunt qui Lynces esse quas Græci *Ἰνῆες* vocant, arbitrentur. Sed enim *Ἰνῆες* ex hyæna & Lupo mixto genere nascuntur. Utcumque vero authores varient, Lynceum Plinius animal esse peregrinum & in Æthiopia frequens ait: Cervarios autem Lupos Septentrionalibus regionibus frequentissimos esse constat. Sed parum me moverat eandem speciem pluribus orbis locis inveniri: nam quæ vidimus in Cervario Lupo, ea in Lynce idemidem reperitur, acutissimus quippe obtutus, macularum in pelle varietas: unde apud Maronem, *Maculose tegmine Lynceis*, & quod omnium manifestissimum est signum, *Lyncurius lapis* ex concreta ejus animalis urina.

Antid. lib. 1.

## ACUTISSIMUS OBTUTUS. CAP. XL.

Plin. id affectu lib. 8. c. 38. Sed hoc Dioscorides & Matthæolus fabulosum putant. lib. 2. c. 7.

Lyncei oculi undæ.

Epist. lib. 1. epist. 1.

Nonnulli igitur, cum Lynceum omnium quadrupedum clarissime cernere considerassent, hominem, qui visu maxime polleret, significaturi, animal id hieroglyphicum posuere. Sane multi eas affirmant convexa etiam montium visu penetrare: neque defuere Philosophi, qui fieri posse hoc commentati sunt ex imagine, quæ certo ab terra spatio summo in aere pendeat, quam Lynx, utpote que sit oculo admodum defæcato, intueatur. Cujus rei exemplum experimur, dejectum in cavum aliquod vas numo, quem, tametsi longe recesserimus, simulac vas aqua expletum fuerit, intuemur, fundo etiam ipsius vasis in aquæ superficie se ostentante: quippe rerum earum radiis in aqua summum sese exporrigentibus, ea ibi species redditur, quæ aqua inde subducta, vasculi curvitate interceptitur, ac ne videri possit præpeditur. Ab hac Lynce, Lynceos oculos appellatos, quibus cernendi vis acutissima sit, plerique putant. Unde magnæ vir eruditionis Franc. Petrarca, pætos illos oculos quos lyricis totiens laudibus extollit, Cervarios appellavit, ad id scilicet alludens, quod Lynceum ætas nostra Lupum cervariû arbitrat. Alii oculos lynceos à Lynceo Idæ fratre Argonautæ dictos autumant, qui ea quoque quæ sub terra condita essent spectare ferebatur. Poetæ plerique penetrante per lignum acie ab eo inspectum, atque ita conjecto in arborem pilo confossum interiectumque scribit. Fuit & alter Lynceus, qui Carthaginensium classem à Lilybæo Siciliae promontori portu Carthaginis exeuntem prospicere, & numerum cum fide recensere solitus, scriptorum testimonio fertur, de quo Horatius:

*Non possis oculo quantum contendere Lynceus.*

## DE URSO. CAP. XLI.

Sed jam appellat Ursus, non injucunda fortasse, nisi oculi iam defessi sunt, spectacula præbiturus.

## PROFECTUS CUM ÆTATE. CAP. XLII.

Ursæ factus quæ sit.

Hominem originis principio deformem, mox formosum effectum, sive cuius vita ineunte ætate dissolutior fuerit, nullaque ratione moderata, cum ætate tamen modus & disciplina sanctorum accreverit, Ægyptii sacerdotes intelligere cum vellent, Ursam factam pro hieroglyphico portare consueverunt. Compertum siquidem est, Ursam factam edere sine oculis, sine pilis, cruribusque propemodum & membris aliis indiscretum, informem denique carnem: Catto minorem, majorem Mure,

**A** Mura, de qua unguis tantum promineant, cætera sanguis concretus esse videatur: quem postea pedori & femoribus apprimendo sovet eodem incubitu quo volucres ova, paulatimque ita conformat & lingua subinde lambendo perfectum reddit. Utitur hoc exemplo Ambrosius ad nos cohortandos, ne prolem nostram, quantum ad animi rationem perinet, instar Ursini partus initio editam, ita informem coalescere patiamur, sed disciplinarum linguis lambendo curemus, ut ad humanam, quippe rationis participem, effigiem conformetur. Nam de lingua, quæ significet eloquentiam, alio differuimus Commentario.

## EX INEDIA MACIES. CAP. XLIII.

Mores oculi.

**A**DDUNT hominem inedia confectum intelligi per Ursam in specu latitantem, & ore pedes lambentem, cuius quidem pigerrima est natura, solitaria, latebrosa, commercii societatisque cuiuslibet evitatrix, quod esse mores eos significat, qui soleant in imo mentis recessu delitescere: atque itidem corpus simile sortita est, grave, compactum, indistinctum, prægelidæ feræ, quæ spelæis in primis gaudet, accommodatum, unde *Φωλαδδης ἀρκίος* dicuntur à Thocrito. Nam, ut Theophrastus & Socratus ajuunt, Ursi primum antra habitationibus commoda ostenderunt: hi siquidem tempore dierum circiter XI, licet longe plures alii ponant, quibus in recessu aliquo delitescunt, priorum pedum suctu vivere, ac nihil edere perhibentur: cui rei documentum habetur, captum per id tempus intestino inani esse, atque ita id connivere, ut adductum prope cohæreat. Id vero libenter ab eo fieri tradit Ælianus cum se præpinguem senserit, ac pleniore corpore grayatum, quo pinguedine concocta fiat agrior. Apud Eustachium legas Athenienses aliquando famis ultione multatos, indignata Diana, quod Ursam, quæ in Mynychio ejus sacello nata esset, interfecissent, ut ita per inediam affigerentur, qui animal inediæ patientissimum sustulissent.

## VIRAGO. CAP. XLIV.

**M**ULIEREM præstantem animis, non molli, sed virili vigore præditam, plerique significare dum volunt, Ursam pingunt, Pantheram alii: sunt enim hæ ex omnibus animalibus, maribus ferociores animosioresque, cum in cæteris fœminæ sint omnino molliores; Plutarchus tamen non Ursam, sed Leænam ponit in hoc albo cum Panthera, ubi rationem inesse brutis disputat. Cæterum in eodem genere fœminas omnes æquæ cum maribus fortitudine pollere contendit. Quare Menæchmus etiam apud Plautum, uxorem quam timet Leænam vocat, dum leoninum cavum intelligit ædes in quibus illa habitat: Ursorum autem sævitia nobilitatæ sunt, Lucania, Umbria Britannia. Nam ex Britannia velut ex altero terrarum orbe, longa & periculosa navigatione, ut tunc videbatur temporis advecti Ursi ad populi Rom. spectacula, maximæ fuerunt admirationi.

## PUELLARIS ÆTAS. CAP. XLV.

**Q**UÆ vero suapte natura Ursæ cohærent se intra frutices vel spelæa, nisi quantum pabulationis gratia prodire coguntur: isque mos plurimum in recte institutis civitatibus observatur, ut in *Ursæ olim & quare.* nuptæ puellæ domi clausæ custodiantur, non absurde nonnulli commentum sunt, puellas Ursæ simularo referre: nam & hoc quoque sapit antiquitatem. Siquidem apud Euripidem Hypsipile, & apud Aristoph. Lemniis, ac Lyfistrate, puellas apud Athenienses olim Ursas vocari solitas legimus, & apud Pollucem *ἀρκίον* verbum invenias, quod Latine sonat in Ursas abire. Id vero erat, cum puellæ, antequam nuptiarum tempus appeterent, pudicitia causa Dianæ consecrabantur.

## PROVIDENTIA. CAP. XLVI.

**N**E QUÆ illud dissimulandum, licet ab Ægyptiis minime traditum, quod per recedentem in cavum Ursam, nonnulli providentiam significari volunt. Urfa enim, ut apud Ælianum legas, ita *Ursa callida* provida est, ut saluti suæ consultura, cum se in cavum recipit ad peculiarem inediam, ne per vestigia deprehendi possit, tantum illi natura calliditatis indulget, averfis vestigiis irrepit retro: eo scilicet modo quo traxit Aventinas Cacus in antra boves, atque ea specie venatores fallat, cum egressa inde videatur, non autem ingressa.

S

IRA,

**N**equē defuere, qui per Urſi ſimulacrum iram immanem intelligi voluerint, quod id animal immodicis ſoleat animis excitari, & in omnem truculentiam efferri: unde apud Claudianum legas, Rhadamanthum ſolere Urſis ingerere truculentos. Sane Mathematici iracundum eum futurum dicentes, qui ſub primo & vigefimo Tauri gradu naſcitur, Urſum ibi ſtatuunt, retro ſpectantem, hoc eſt, ad ea quæ facta ſunt indignantem. Hinc Martialis lib. vi.

— *Rabido nec perditus ore,*

*Fumantem naſum vivi tentaveris Urſi,*

*Sit placidus licet, & lambat digitosque manusque.*

*Urſa etymon.*

Ira enim, ut Theocritus, *πρωτὶ πινὴν καὶ ἄρταυ*. Quin ab irritatione nomen olim Urſis impositum: Ur enim Hebraica lingua incitationem ad iram ſignificat, & Ur Madianitarum Rex ab Iſraelitis occiſione caſus, ſignificat, ut Adamantius interpretatur, affectum huiusmodi ab iis qui Deum ſequuntur debere proſtin<sup>o</sup> abſcindi. Alii nequaquam abſcindendum cenſent, ſed veluti ſubſidio paratum diligenter aſervandum: ut cum res poſtularit, adverſos noſmetipſos, pro iis, quæ inutiliter turpiter ve geſſerimus, irascamur, quam ſolam animi perturbationem etiam Epicteſus ſapienti cedit. Hæc enim iuſta & neceſſaria iracundia eſt, ut noſtri cenſent, qua unusquisq; in iis quibus erravit, aut perperam geſſit, indignatur, & ſemetipſum incuſat. Ex qua quidem indignatione ignis quidam in nobis accenditur, qui velut in agrum ſterilem immiſſus, conſumptis excoctiſq; voluptatis peſſimæ radicibus, bono divinarum inſtitutionum ſemini glebam præparat fecundiorē. Atque hic ille ignis eſt, quem ſe Aſſertor noſter proſitetur in terram immiſſurum, atque ut ſuccendatur, non indiligentem operam daturum. Alibi vero indignatio, ferociaq; urſina in Divinis literis indicium fuit Hieroſolymitani exciſiōis, ut Eucherus interpretatur 4. Reg. Nam cum Eliſæus aſcenderet in Bethel, ſcandenti ſemitam obviam facti ſunt pueri parvuli de civitate egreſſi, qui illudebant ei dicentes: *Aſcende Calve, aſcende Calve*. Quos Eliſæus indignitate rei commotus, in Dei nomine devovit, continuoq; Urſi duo de ſultu proximo prodierunt, qui ex eis duos & quadraginta pueros laceraverunt. Id ſub figura tunc geſtum, Imperatores duos præmonſtrabat Veſpaſianum & Titum Romanorum Principes, qui poſt duos & quadraginta annos ab aſcenſu Domini, captis Hieroſolymis, tantam Judæorum deſolationem fecere, ut deletum penitus ſit eorum regnum.

*Hieroſolymitani exciſiōis figuram 2. Reg. 2.*

#### IMBECILLUS PRINCEPS. CAP. XLVIII.

*Ad verbum à Plinio lib. 8. c. 50.*

**C**ivitatem ab imbecillo rectam Principe ſignificare qui volunt, Urſi caput pingunt: invalidiſſimum enim eſt Urſo caput, quod contra Leoni fortiſſimum. Ajuntque Urſos alvearia non mellis pabulive ullius gratia inceſſere, apesque irritare, ſed ſalutis ergo, ut ſcilicet apum aculeis ora vulnerati, ſanguineq; ita emiſſo, gravedini qua plurimum laborant, remedium comparent. Venatores noſtri ajunt, ſi major aliqua vis, quam ſuperare deſperet, Urſu incubuerit, eum ſibi conſcium imbecillitatis, qua caput ejus laborat, ſi fugiens ad præruptam aliquam rupem pervenerit, manus ſupra caput tollere, iisque peccinatim firmiter complicatis, reliquo conglobato corpore præcipitem ſe dare, atque capturam evadere,

#### DE URO. CAP. XLIX.

**N**on innotuit Aegyptiis Uruſ bos Germanica, ſed ante feras alias egregie ſylveſtris,

#### CAPTIVITATIS IMPATIENS. CAP. L.

**P**er quem eum, qui ſibi mortem conſciſcat, ne in manus hoſtium concidat, nonnulli congruenter hieroglyphicum propoſuerunt. Eſt enim Uruſ ejusmodi, qui propter ferocitatem vel numquam, vel difficulter capi poteſt: quod ſi eo inciderit: unde deſperet poſſe evadere, ſemetipſum præ ira ſuffocat, usque adeo genitum ad libertatem putat, qua denique nihil unicuique animantium generi optabilius eſſe videatur.

JOAN.